

est. Hæc dixisse volui, vt ostenderem, vix
vllum reuera similiū omnino, & quoad
sensum & quoad rationem partium esse
remedium simplex: eiusque quas obti-
net, partes varias varijs facultatib. con-
decoratas esse.



C A P V T X.

*Remedium, quantumuis ad sensum & rationem
reuera similare, in partes, idoneis facul-
tatibus instructas, diuidi posse.*

Alterum remanet, vt ostenda-
mus, quantumuis similare sit
penitus, & proximè ex quatuor
elementis compositum remedium, in
ea tamen consumi posse, quæ suis agē-
di potentijs non careant. Tale autem si-
milare dari ex Aristotele colligimus,
qui triplicem cōpositionem facit: pri-
mam eorum, quæ ex quaternis elemen-
tis conficiuntur: secundam, quæ ex ijs
primis compositis: vnde proueniat $\eta\tau\omega\eta$
 $\delta\mu\iota\omega\mu\epsilon\rho\omega\eta$ Φύσις, similarium natura, ossis,
carnis, & aliorū: tertiā & vltimā, $\tau\omega\eta\alpha\delta\omega\mu\epsilon\rho\omega\eta$ dissimilariū, vt faciei, manus &

*2. de Para-
tib. anim.
cap. I.*

*Exactè si-
milare da-
ri.*

K 4 reli-